

QUÆSTIO XI.

Quare ob filiorum Israël obdurationem ipsis relictis predicandum est Evangelium gentibus?

77. Christus D. primo venit ad salutem Israël, cerant enim filii promissionis, nempe Abraham, cui promissio facta fuerat. Sic ait apostolus, Rom. 15 n. 8. Dico Christum Jesum ministrum fuisse circumlocutionis, propter veritatem ad confirmandas promissiones Patrum, et ideo Christus Jesus veniens in hunc mundum præcepit apostolis suis, In viam gentium ne abieritis, & in Civitates Samaritanorum ne intraveritis, sed potius ite ad oves, quæ perierunt domus Israël, Matth. 10. n. 5. 6. Ut latè explicavi. 3. in Evangelia cap. 7. q. 2. Quia ut ibi dixi iterum hic repeto ex D. Chrysof. homil. 33. Primum Jesus mittit suos discipulos ad Civitates, & Vicos judæorum, ut eorum gratiam, & benevolentiam acquirat, cum statim mittens eis Medicos, ac doctores ad eorum salutem ut ita manifestetur, quatum supra omnem modum curam illorum gerebat, & quamvis injuriis appetitus, inde ejus cura non minuitur, sed magis stimulat, ut de eorum salutifero remedio agat. Tot, ac tantis beneficiis Judæi ingrati nullo modo ad salutem ducebantur, imo magis in sua nequitia, ac perversitate obstinati, ac obdurati nullum verbum vitæ recipiebant, & totis viribus resistebant, & contradicebant, unde de eis ait Jeremias 5. n. 3. Induraverunt facies suas super petram, & noluerunt reverti. Unde à multis Viris doctis applicatur eis illud Deuteronomio, 28. n. 23. Terra, quam calcas, ferrea est. Stephanus Cantuariensis in allegoriis gotfrid. Tilm. ad cap. 27. Deuteronomio, ait. Terra ferrea sunt corda auditorum, in quibus inspergitur semen id est Verbum Dei, quæ ferrea est, cum dura sit, & obstinata, nec fert fructum in patientia. Et ob tantam Judæorum obdurationem Judæi fuerunt relinquendi, & conversio facta est ad gentes tum etiam, quia Christi morte sublata est divisio Judæorum, & Gentium, & ex utriusque factum est unum Ovile, & unus Pastor, Joan. 10. n. 16 ut notant ibi D. Chrysof. D. Hieronymus. D. Paschal. Euthymius, D. Thomas, & alii communiter, gratia Christi diffusa est in omnes gentes. Psalm. 97. n. 3. Isai. 9. n. 3. Christus venit omnes peccatores salvos facere. Ait propheta Habacuc. 2. n. 13. Egressus est in salutem populi sui. Nunquid egressus est de ipso suo Cœlesti superno palatio ad quaerendam sui æterni Patris gloriam, vel ad exaltationem sui nominis super omne nomen, vel ut æternus Pater daret ei gentes in hereditatem suam, & possessionem suam terminos terræ? Minime, sed in salutem populi sui, nam hæc suorum salus magis est illi cordi, curæ, ac sollicitudini, quam quæcumque alia præmiuentia, ac Majestas. D. Hieronymus; Egressus est Deus de loco suo, sicut Michæas cap. 1. loquitur, Egredietur de loco suo, ut salvet, scilicet populum suum, ut ait Nolter D. Cyrillus Alexand. Exiit igitur, ut si quis Rex adversus hostium globos militari modo armatus egredietur. Exiit, ut non se deat, sed tamquam Rex armatus, ut pro suorum salute pugnet, ut eos custodiat, liberetque à suis adversariis. Ingreditur angelus ad Sanctissimam Mariam Virginem, & ait illi, Ave gratia plena, Luc. 1. n. 19.

Rom. 15. Christus primario venit in salute n. Judæorum. Math. 10. 78. Christus super omnem modum egit de salute. Judæorum. 79. Maxime obstinati. Jerem. 5. Deut. 28. Cantuar. 80. Ex Judæis & gentibus unum ovile. Joan. 10. D. Chrysof. D. Hier. D. Paschal. Euthym. D. Tho. 81. Jesus totus impensus in hominum salutem. D. Hier. 82. Luc. 1.

aliter Jesus occurrens mulieribus venientibus de sepulchro ait illis Ave. Matth. 28. n. 9. Angelus Math. 28. utpote Creatura uni dat salutem, ac Christus ut dominus non uni, sed pluribus dat salutem, ut rectè notavit D. Epiphanius Oratione in Sabbath. Sanctum, & ait, Angelus Ave Maria dixit, hic magis phan. gni Consilii Angelus Christus mulieribus clara voce Ave te innotuit, Unus est verus Salvator Deus, qui multorum salute gaude, nec enim sua dona in uno coarctantur, sed in multis exundant, & stantur Vide supra cap. 8. quæst. 2. n. 17. 18. cap. 10. q. 2. n. 168. 169. & 170.

Act. 13. n. 4. Audientes autem gentes gavise sunt, & glorificabant verbum Dei, & crediderunt quotquot erant præordinati ad vitam æternam, Num. 49. Disseminabatur autem Verbum Domini per universam regionem. Num. 50. Iudæi autem concitaverunt mulieres religiosas, & honestas, & primos Civitatis, & excitaverunt persecutionem in Paulum, & Barnabam, & ejecerunt eos de finibus suis. Num. 51. At illi excusso pulvere pedum in eos venerunt Iconium. Num. 52. Discipuli quoque replebantur gaudio, & spiritu sancto.

Versiones.

CUM EXPOSITIONE V.

Verf. 48. Audientes autem gentes gavise sunt, audientes id, quod pronuntiarum fuerat de loco Isaiæ maxime gaudebant gentes, quod Deus eos illuminasset in via suæ salutis, & glorificabant verbum domini. Syrus, Et gloriam tribuebant Deo. Æthiopic. Glorificaverunt Deum, qui impertivit eis vitam æternam, illi, nempe qui erant electi ac dispositi ad vitam æternam, quibus deus dedit auxilium efficax ut crederent, de quo quæst sequenti. Verf. 49. Disseminabatur autem Verbum Dei. Syriacus, Sermo Domini annuntiabatur. Arabicus, Divulgatus est. D. Chrysof. Differebatur. Æthiopic. Venit Verbum Domini, Vulgata utitur verbo seminate, quia semen est Verbum Dei, Luc. 8. n. 12. Verf. 50. Iudæi autem concitaverunt. Syrus, Excitaverunt pergit Textus, mulieres religiosas, & honestas. Syrus, Illas mulieres divites. Arabicus, Mulieres devotas, & laudandis moribus imbutas. Æthiopic. Mulieres maximas, & optimas Religio-nis. Mulieres gentiles aut judæicas suæ superstitionis, ac falsæ doctrinæ valde tenaces, ac pro suo errore valde pugnantes, sic docet D. Hieronymus, ad Ctesiphontem tom. 2. Omnes hæreses perpetratas, esse per mulieres, & Simon Magus hæresim condidit ad jure auxilio Helene meretricis. Nicolaus Antiochenus omnium immunditiarum conditor Choros duxit femineos. Marcion quoque Romam præmisit mulierem ad majorem lasciviam. Latè prosequitur Sanctus Doctor alias referendus. Verf. 51. At illis excusso pulvere. Syriacus Excutiunt in eos pulverem. Arabicus, Super illas juxta Domini mandatum, Matth. 10. num. 14. ut fecerunt Apostoli, apud eos, qui Evangelium non recipiebant, Vide quæ dixi tom. 3. in Evangelia cap. 18. q. 17. ubi de hæc re septem dedi rationes.

Syrus. Æthiopic. Auxilium. 84. D. Hier. Hæreses per mulieres introducuntur. 85. Syrus. Arabic. Æthiopic. 86. Syriac. Arabic. Mach. 10.

87. Verf. 52. Replebantur gaudio & spiritu sancto Æthiopic. Fuit plenus Spiritus sanctus super eos, Super deus suis electis in persecutionibus dat gaudium, & læticiam, ut dicitur supra cap. 5. num. 41. Ibant Apostoli gaudentes à conspectu consilii, quoniam digni habiti sunt pro nomine Jesu contumeliam pati. Et additur in textu, & spiritu sancto, suis nempe donis, ac gratiis, fidei, spei, charitatis, ac cæterorum. 88. Plinius. Venerunt Iconium. Urbs est valde celebris in Lycaonia apud Taurum montem; de ea agit Plinius lib. 5. cap. 27. Altera cum eodem nomine in Cilicia de priori hic agitur.

QUÆSTIO XII.

Quare præordinati credunt, & non depravantur mala exemplo, & persecutione aliorum?

At Textus, quod crediderunt quotquot erant præordinati ad vitam æternam. Ex Græco legitur Ordinari, dispositi, loquitur ex alto dei prædestinationis decreto, prout erant ordinati ad fidem, ac gratiam, seu auxilium efficax gratiæ, quæ est semen gloriæ, & vitæ æternæ unde. Joan. 3. n. 15 dicitur, Omnis homicida non habet vitam æternam in se ipso manentem, id est gratiam, quæ est semen. Præordinati cum multa emphasi, verbum Græcum militare est, & significat ordinatos, seu dispositos in acie, vel ordine militari ad pugandum, quia qui ex decreto Dei sunt præordinati à Deo, quamvis totus Orbis conglomeretur, non poterit eos avellere, ac disgregari à Christo, sic ipse Christus D. dixit Joan. 10. Non rapiet eas quisquam de manu mea, sed ut fortes milites stabunt ad pugandum pro Christo. Suos electos, ac præordinatos exactissime servat Christus, ut ne quid minimum ex eis pereat, aut deficiat, De se ipso loquens noster Salvator ait, Luc. 15. n. 4. Quis ex vobis homo, qui habet centum oves, & si perdidit unam ex illis, nonne dimittit nonaginta novem in deserto, & vadit ad illam, quæ perierat. Cur tam exacta indagatio, ac investigatio, non pro quatuor, vel quinque, sed pro una tantum. D. Chrysof. serm. 168. præclare inquit, Quare non quatuor, quare non quinque, sed unam ut ostenderet non ex damno fuisse, sed ex numero plus dolorem, namque amissio unius totum dissipaverat centenarium, & post pauca apponit, Ideo relictis nonaginta novem unam sequitur, unam querit, ut inveniret in una omnes, redintegraret omnes in una. Numerus centenarius erat præordinatus à Deo, non poterat deficere, & ex illo numero ne quid minimum poterat eripi. Vide tom. 3. in Evang. cap. 9. quæst. 52. Valde celebris est illa Ezechielis visio cap. 1. in qua representabantur quatuor animalia, in quibus Sancti, & justi designabantur in suis operationibus & unumquodque animal quatuor facies habebat faciem hominis, qua innuitur patientia faciem Leonis, qua fortitudo; faciem bovis, qua labor; faciem Aquilæ, qua dexteritas ingens exprimitur. Et ait Textus, Ubi erat impetus Spiritus illuc gradiebantur. Ezech. 1. n. 12. Hugo, & alii per impetum Spiritus exponunt imperium ac impulsum divini Spiritus, quo suos electos regit, & gubernat in omni supervenientia patientia hominis fortitudine Leonis, sustinentia bovis prudentia, ac sagacitate Aquilæ, ut stabiles, ac constantes sint in suo ordine, ac gradu in quo divina præordinatio eos

constituit, & sic dicitur: Ubi erat impetus illuc gradiebantur, nec evertebantur cum ambularent. Sed inter ipsas pressuras, contrarietates, ac adversitates, magis proficiebant, augebantur, ac multiplicabantur Nec revertebantur cum ambularent.



CAPUT XIV.

1. Factum est autem Iconii, ut simul introirent in Synagoga am Judæorum & loqueretur, ita ut crederet Judæorum, & Græcorum copiosa multitudo. 2. Qui vero increduli fuerunt Judæi, suscitaverunt & ad iracundiam concitaverunt animas gentium adversus fratres. 3. Multo igitur tempore demorati sunt, fiducia-ter agentes in Domino, testimonium perhibente verbo gratia sua, dante signa, & prodigia fieri per manus eorum. 4. Divisa est autem multitudo Civitatis, & quidam quidem erant cum Judæis, quidam vero cum Apostolis. 5. Cum autem factus esset impetus Gentilium, & Judæorum cum principibus suis, ut contumelias affererent, & lapidarent eos. 6. Intelligentes confugerunt ad Civitates Lycaonia Lystram, & Derben, & universam in circuitu regionem, & ibi evangelizantes erant. 7. Et quidam vir Lystris infirmus pedibus sedebat claudus ex utero matris suæ, qui nunquam ambulaverat. 8. Hic audivit Paulum loquentem. Qui intuitus eum, & videns, qui fidem haberet, ut saluus fieret. 9. Dixit magna voce, Surge super pedes tuo rectus Et exiit, & ambulabat. 10. Turba autem cum vidisset, quod fecerat Paulus elevaverunt vocem suam Lycaonicè dicentes, Divi similes facti hominibus, descenderrunt ad nos. 11. Et vocabant Barnabam Jovem, Paulum vero Mercurium quoniam ipse erat dux verbi. 12. Sacerdos quoque Jovi, qui erat ante Civitatem tauros & coronas ante januas afferens cum populis volebat sacrificare. 13. Quod ubi audiverunt Apostoli, Barnabas & Paulus concisis tunicis suis exiierunt in turbas, clamantes. 14. Et dicentes Viri quid hæc facitis? Et nos mortales sumus similes vobis homines, annuntiantes vobis ab his vanis converti ad Deum vivum, qui fecit celum & terram, & mare, & omnia quæ in eis sunt. 15. Qui in præteritis generationibus dimisit omnes gentes ingredi vias suas. 16. Et quidem non sine testimonio semetipsum reliquit, benefaciens de Cælo, dans pluvias, & tempora fructifera, implens cibo, & læticia corda vestra. 17. Et hæc dicentes, vix sederunt turbas, ne sibi immolarent. 18. Supervenerunt autem quidam ab Antiochia & Iconio Judæi, & perfusis turbis, lapidantesque Paulum traxerunt extra Civitatem, existimantes eum mortuum esse. 19. Circumdantibus autem eum discipulis, surgens intravit Civitatem, & postera die profectus est cum Barnaba in Derben. 20. Cumque

89. Græcus. Gratia semen gloriæ. Joan. 3. 90. Tamquam armati ad pugnam. 91. Joan. 10. 92. Luc. 15. Ex numero electorum unus deficiet. D. Chrysof. 93. Ezech. 7. Hugo. Electi constantes, & non revertuntur.

20. Cumque evangelizassent Civitati illi, & docuissent multos, reversi sunt Lystram, & Iconium, & Antiochiam,
21. Confirmantes animas discipulorum, exhortantesque, ut permanerent in fide. Et quoniam per multas tribulationes oportet nos intrare in regnum Dei.
22. Et cum convulsissent illis per singulas Ecclesias Presbyteros, & orassent cum jejunationibus, commendaverunt eos Domino, in quem crediderunt.

23. Transienteque Pisidiam, venerunt in Pamphiliam.
24. Et loquentes Verbum Domini in Perge descenderunt in Ataliam.
25. Et inde navigaverunt Antiochiam, unde erant traditi gratia Dei, in opus, quod compleverunt.
26. Cum autem venissent, congregassent Ecclesiam retulerunt quanta fecisset Deus cum illis, & quia aperuisset gentibus osium fidei.
27. Morati sunt autem tempus non modicum cum discipulis.

ARGUMENTUM.

Iconii Paulus, & Barnabas multos adducunt ad fidem, unde a Judæis expulsi fugiunt Lystram, ibi Claudio fanato tamquam Dei Iupiter, & Mercurius acclamati, Divinos honores oblatos recusant, hic iterum Judæorum commotione lapidati fugiunt Derben, ac iterum suum relegentes iter, iterumque confirmatis ubique fidelibus, ordinatisque Presbyteris redeunt Antiochiam.

Ex hoc capite, & deinceps quæ sequuntur pertinent ad peregrinationem Pauli, quæ ex textu valde clara sunt, & ideo Expositores in his non multum immorantur, breviter tamen quæ necessaria sunt explicabimus.

Act. 14. n. 1. Factum est autem Iconii, ut simul introirent in Synagogam Judæorum, & loquerentur, ita ut crederet Judæorum, & Græcorum copiosa multitudo.

Versiones,

CUM EXPOSITIONE I. usque ad vers. 5.

1. Vers. 1. Factum est autem, cum Paulus, & Barnabas introissent in Synagogam Judæorum, in quo maxime convenire solebant die Sabbathi Iconii in Lycaonia, & conveniret copiosa multitudo Judæorum, ac Græcorum, gentium nempe inter quos maxime præcellit, & respondet S. Tecla Virgo multis laudibus celebrata à SS. Chrysothomo, Epiphano, Ambrosio, Hieronymo, Basilio Seleuco, & aliis, de ea agit Martyrologium 23. Septembris, eamque sequute sunt Tryphæna, & Tryphosa, quas subinde laudat, & salutat Sanctus Paulus Rom. 16. n. 12. de eis facit mentionem Martyrologium Rom. 20. Novembris, ubi sic legitur, Iconii in Lycaonia Sacerdum mulierum Tryphæna, & Tryphosa, quæ Sancti Pauli prædicatione & exemplo Tecla in Christiana disciplina plurimum profecerunt.
2. Vers. 2. Qui verò increduli fuerunt Judæi, Arabici, Qui non obtinuerunt. Syriacus, Qui non acquieverunt, & subdit Textus, Suscitaverunt Syriacus. Extimulaverunt gentes, ut malè acciperent. Arabicus, Depravaverunt animos gentium, Græcus, Malignitate impleverunt, contra doctrinam Evangelicam, ut eam respuerent, & non reciperent adversus fratres, scilicet Apostolos, ac Christianos tamquam novatores novam doctrinam. Ethiopic. addit. Affligerunt animas eorum.
3. Vers. 3. Multo igitur tempore demorati sunt. Arabicus, Longa intervallo Multi ex Judæis ac gentibus, ideo ut notat D. Chrysoth. illæ novæ plantationes fuerunt fovendæ doctrina, ac præsentia Apostolorum, ne ex aliorum corruptione marcescerent,

Fiducialiter agentes. Ex Græco legitur liberè & palam. Lyran. humano timore postposito. In Domino fultis, & stabiliti divina ope, & auxilio: Testimonium perhibentes verbo gratia sua, id est evangelio prædicando & propagando, evangelium dicitur verbum gratiæ, ut infra cap. 20. n. 24. & 32. Ipsum enim plenum est gratia, & hominibus dat gratiam in remissionem peccatorum.

Vers. 4. Divisa est autem multitudo Civitatis. Arabicus, Divisa est opinio majoris partis incolarum. Græcus, Scissa est schismate facta, quod facile fit in vulgo maxime ad novitates propenso.

Vers. 5. Cum factus esset impetus, quia non ratione, ac judicio movebantur sed ira, ac odio gentiliū Judæorum cum principibus facillimè omnes congregantur in malum. Ut contumeliis afficerent. D. Chrysoth. & alii: Ut vim afferrent, nulla major, ac efficacior vis viro nobili, quam injuria & contumelia. Ut lapidarent eos. Syriacus, Ut lapidibus obruerent tamquam blasphemos, ut intenterant contra Moysen. Numer. 20. 14.

QUÆSTIO I.

Quare Judæi primo excitant gentes contra Apostolos, postea Gentiles cum primoribus currunt ad lapides, ac contumelias?

UT dicitur vers. 2. Judæi concitaverunt animas gentium adversus fratres, nempe Apostolos, modo vero vers. 5. Judæi coadunati cum gentibus ac primoribus, ut contumeliis afficerent, & lapidarent eos, semper iniquitas, ac pravitas ab aliis deducta, ac derivata crescit, & augetur in suis sequentibus, ait Christus D. Matth. 23. n. 15. Væ vobis Scribæ, & Pharisei, quia circuitis mare, & arida, ut faciatis unum proselitum, & cum fuerit factus, facitis eum filium gehennæ duplo, quam vos. id est facitis eum pejorem, & deteriorem quam vos. Unde deterior discipulus, quia supra malitiam Magistri de suo novam addit, & multiplicat, Opportunè Euthymius ibi, In duplo autem dixit: quisquis enim

enim præceptorem habet pravum, non in illius sistit malitia, sed ejus utens exemplo, solet ulterius procedere.

7. Matth. 4. n. 5. Tentans Diabolus Christum D. stantit eum super pinnaculum Templi, & dixit ei: Si Filius Dei es, mitte te deorsum. Aliter faciunt Pharisæi, Luc. 4. n. 29. Duxerunt illum usque ad supercilium montis, super quem Civitas eorum erat edificata, ut præcipitarent eum. Diabolus non audent manus suas extendere in Christum, & eum præcipitare, Pharisæi verò intrepidè hoc intentant, & aggrediuntur, unde illis tanta audacia, In illos multa Diaboli malitia defluerat, quæ ex sua ipsorum genio multa superaddita in magnum augmentum excrevit, ita ut id, quod Diabolus per se non audebat, ejus discipuli, ac sectatores non recusarent in executione complere. D. Ambros. lib. 4. in Lucam exaggerans malitiam Judæorum sic ait: O peior Magistro discipulorum hereditas, ille verbo Dominum tentat, hi facti, ille dicit, mitte te, isti adoriantur, ut mittant.

8. Gen. 4. n. 2. dicitur: Adam vero cognovit uxorem suam Evam, qua concepit, & peperit Cain, fratricidam plenum odio, & invidia, de quo ait: D. Ambros. lib. 1. de Abel. cap. 1. Illapenes Authorem non stetit culpa, sed quod pejus est deteriorem invenit heredem Malus Cain, sed multo deteriores filii, de quibus dicitur, Gen. 6. n. 2. Videntes filii Dei filias hominum, quod essent pulchra, acceperunt sibi uxores ex hominibus, quas elegerant, & statim subditur: Cumque vidisset Deus terram esse corruptam, omnis quippe caro corruerat viam suam, Cain in se malus, ac ejus posterit, & filie conjuguntur cum filiis, videlicet filii Sem viri justi, omnia in pejus ruunt, & depravantur, ita ut omnis caro corrumperet viam suam, quod pejus est deteriorem invenit heredem.

Act. 14. n. 6. Intelligentes confugerunt ad Civitates Lycaonia, Lystram, Derben, & universam in circuitu Regionem, & ibi evangelizantes erant.

Versiones.

CUM EXPOSITIONE II. usque ad vers. 11.

9. Vers. 6. Intelligentes, scilicet Paulus, & Barnabas. Syriacus: Cum considerassent. Tygurina: Re intellecta de conspatione acta contra eos fugerunt juxta domini præceptum, & fugerunt non timore mortis, sed ne animæ defraudarentur à fructu suæ prædicationis in damnium earum salutis, sicut Elias fugit à facie Jezabel. 3. Reg. 19. n. 13. Non timore mortis, sed ne causa Dei deserta absque defensore, ut ait Abulensis. Ad Civitates Lycaonia, quæ est Provincia in Asia minore prope Phrygiam, à qua montibus separatur.

10. Vers. 7. Et quidam vir Lystris infirmus pedibus. Arabicus: In cuius pedibus nulla vis erat. Arias: Impotens pedibus erat. Varabli: Invalidus ut nullum passum posset dare; nec se movere, hæc autem claudicationis infirmitas erat illi ex utero matris congenita, & ideo sedebat, vel jacebat, ut miraculum illustrius appareret.

11. Vers. 8. Hic audivit Paulum loquentem, & ait Lyranus: Et credidit dictis ejus, unde Apostolus inquit eum. Arabicus Cum aspexisset, nossetque eum habere fidem. Græcus: Cum deprecasset oculos in eum, quia haberet fidem, ut ait Beda: Ejus des-

deria, vultus, oculi gestus, attentio in audiendo satis prodibant. Interior affectus in exteriora redundant, deinde spiritu prophætico potuit Paulus agnoscere hominis fidem, ac salutis desiderium, Chrysoth. ait quod prius curatus est in anima, quam corpore.

12. Vers. 9. Dixit magna voce. Syriacus: Alta voce, ut omnes attenderent, & ab omnibus audiretur miraculum, quod fiebat in confirmationem fidei, & doctrinæ prædicatæ à Paulo, Græca, Syra, & multi Codices Latini addunt: Tibi dico, in nomine Iesu Christi Domini nostri veri Messia. Sequitur nostra Vulgata Super pedes tuos reclus, & exiliviu, & ambulabat. Arias: Prostratus surrexit, adimpletum est quod dixit Isai. 35. num. 16. Tunc saliet sicut cervus claudus, similem claudum sanavit Petrus, Act. 3. Actor. 3. num. 4.

13. Vers. 10. Turba autem cum vidisset. Syriac. Cæcus populi, nempe Gentilium. Elevarunt vocem Lycaonia. Syriacus: Extulerunt vocem idiomate regionis suo proprio idiomate: Dii similes facti hominibus. D. Chrysoth. In specie hominum tamquam si dicerent, sunt Dii, sed exterius apparent homines.

14. Vers. 11. Vocabant Barnabam Iovem, Paulum vero Mercurium. Syriacus: Vocabant Barnabam Dominum Dominorum. Paulum vero Hermetem, quippe qui inciperet sermone. Ethiopic. Quod esset moderator sermonis, de his omnibus in questionibus.

QUÆSTIO II.

Quare isti Cives clamant, quod Dii similes facti hominibus descenderunt ad eos?

VIDENTES turbæ Paulum, & barnabam clamant, quod dii in specie, ac figura hominum apparuerint inter eos. Eusebius lib. 3. de præpar. Evang. cap. 9. existimat, quod sacri Apostoli aliquid supra hominem, & quasi divinum sperabant in vultu, voce, moribus, gestu, ac modestia: Accedit Patens meus Elias ad mulierem petens ab ea buccellam panis quæ respondens, ait: Vivit Dominus Deus tuus, quia non habeo panem, 4. Reg. 17. in quibus verbis cum mulier ait: Vivit Deus tuus; eum agnoscit, ac veneratur ut Prophetam, ac Dei servum ut rectè notat D. Basilius Seleuc. orat. 11. & ait: O mulier tamquam Prophetam honoras, quem mendicum vides, unde in propheta notitiam venisti? Mulier ut pote gentilis, & Sareptana numquam ipsum viderat nec cognoverat, unde ergo eum cognovit dei servum, & Prophetam? Proculdubio cognovit ex ejus præsentia, situ, modestia, ac modo loquendi, quæ sanctitatem exhibebant, ut ait Apostolus: Christi bonus odor sumus.

Secundo; inde sibi persuadent homines, quod dii facti homines venerunt ad eos, quia sacri Apostoli omnibus benefaciebant, claudos sanabant, ægros curabant, omnesque in doctrina Sancta illuminabant, viamque cælestem demonstrabant, & hoc absque alicujus mercedis intuitu, nec emolumentum negotio, & tot, ac tanta dona præstare, gratissime impertire non hominibus, sed dei, ac ejus servorum est. Cum Abrahamus egredereetur victor quinque Regum, liberato Rege Sodomæ cum suis occurrit ei Melchisedech, & ait: Benedictus Abraham D. excelsus. Benedictus Deus excelsus, cur modo tantas benedictiones accumulatur super Abrahamum, cur & modo tot, & tantas benedictiones decantat Deo: Benedictus Deus excelsus. Abrahamus extitit valde magnificus, qui cum Regem Sodomæ